



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ordinis || Praemon-||stratensis || Chronicon

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1613

Qvomodo Soldan Aegyptivs, Regem Armeniæ in bello vicerit & vnum è
filijs ceperit, alterum verò neci dederit. Capvt VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64313)

QVOMODO SOLDAN
 AEGYPTIVS, REGEM AR-
 meniaë in bello vicerit & vnum è
 filijs ceperit, alterum verò
 neci dederit.

CAPVT VIII.

FAuebat fortuna Bendeclar Soldano
 Aegypti, vt successu temporis vni-
 uersam Armeniam spoliaret ac diriperet.
 Id verò tali modo euenit. Quodam tem-
 pore Rex Hayto cum suis in Tartariam
 processit: rescuens hoc Soldan Armeniam
 inuadere in animum induxit. Quare mox
 Capitaneum suo loco ingenti cum exer-
 citu ablegauit. Intellexere autem Regis
 Armeniaë filij, Saracenos appproximare,
 cunctum è vestigio populum virilis sexus
 ex omnibus regni finibus, vt tali hosti vi-
 riliter se opponerent, conuocauerunt. Sed
 vt varij sunt bellorum euentus, tandem
 Armeniorum acies fractæ deuictæque fu-
 re; filiorumque Regis alter captus, alter in
 bello interemptus. Tunc primùm Turcæ
 per Armeniam hinc inde excurrerant,
 depopulabantur agros, magnas prædas,
 cum ingenti Armeniaë nocumento secum
 abdu-

abducebant, omnesque ciuitates in plano sitas funditus diripiebant. Ex illo tempore succreuere vires hostium; contra vero Regis Armeniæ decreuere. Porro Rex Hayto eò omnes suos dirigebat conatus, quomodo infideles extirpari penitus, vel saltem deuinci possent. Verum hoc cum intellexisset, mirum in modum tristabatur, assidue cogitans, qua ratione iniuriã in Saracenos vlcisceretur. Multoties igitur Abagam, qui filius Haoloni fuit, aliosque Tartaros, vt ad extirpandam sectam Mahumeti, Christianisque in subsidium properarent, adhortabatur. Sed Abagamus ob quotidiana dissidia, quæ cum suis conterminis habebat, sese semper excusauit. Cognoscens ergo Hayto, se nullum habiturum auxilium à Tartaris, legatos ad Soldanum Aegypti petitum pacem mittit; quod ideo factum est, vt filiũ suum è carcere liberaret. Dedit petitioni suæ locum Soldan, ea tamen conditione, vt & ipse suũ amicum dictum Sengolasseara, qui à Tartaris in vinculis tenebatur, liberum dimitteret, munitionesque & oppidum Halape, quæ suo iuri tempore Haoloni cessere, restitueret, & ira quoque velle se filium suum liberum pronunciare. Factum est igitur vt Soldan fi-

R 3 lium

lium Regis dimitteret, qui vicissim illius loco amicum prædictum libertate donavit. Adhæc tradidit & munitionem Temperac dictam, aliasque duas, ut Soldan voluerat, sustulit. Tali itaque modo filius Regis Armeniæ è carcere exemptus est. His omnibus ita gestis Rex Hayto, qui 45. annis regnum gubernauerat, & Christianis plurima beneficia præstiterat, Regnum filio suo Domino Tyuoni, qui captus in Ægypto fuerat, resignauit: ipse verò Hayto mundo & omnibus eius vanitatibus abrenunciens, religionem ingressus est, qui postea dictus fuit Macharius. Nomen enim (vti in more Armenis positum est, quando vitam religiosam amplectuntur, nomina permutent) aliud fortitus fuit. Postea verò breui temporis interuallo Rex Hayto feliciter in Domino obdormiuit,

Anno millesimo ducentesimo septuagesimo.

QVID